

paucorum præiudicio oppressi, ad incendiū tra-  
 huntur. *V*ia scilicet Pharisæica illius licentiæ  
 & dominationis effigies, quam Euangelica hi-  
 storia nobis refert. Quis enim nescit Pilatum,  
 inuita licet conscientia, adiudicasse Christū re-  
 gem cruci, dum Scribarū & pontificum ferocia  
 fractus, eorum impetu se rapi sinit? Vnum  
 omisi quod memoratu in primis dignum est, ea-  
 dem illa, quæ tantopere in me damnabant pro-  
 bi Cēsores, eorum iussu à Iohanne Andrea im-  
 pressa tunc fuisse, homine non minus imperito  
 quàm scelerato & impio: qui illis & proditi-  
 onū omnium minister, & in struendis calumniis  
 optimum flabellum, & in exercenda sæui-  
 tia carnifex acerrimus: quémque aliquando in  
 consilium interius adhibere, ipsos non puduit:  
 impressa inquam, sed cum præceptis Ecclesiæ,  
 & fœdata corruptaque ab Odoardo, qui ex  
 duobus primis Domini præceptis vnum fecit,  
 auferens eam quæ de imaginibus fingendis &  
 colēdis illic habetur expressa prohibitio: & po-  
 stemū in duo membra laceravit potius, quàm  
 diuisit, vt numerum denarium suppleret.

Interea, quòd illis essem suspectus de hæresi